Regia famati fideles dilecti tulimus decretum nostrum inter
F. vras ab una et Quondam Catherinam de Comorowo re
lictam viduam Quondam olim Stanislai orlik Zuppary ter
rarum nostrarum Russie ut Actricem parte ab altera quo
quidem in contumaciam F. vrarum ipsam Quondam
Catherinam de Comorowo secundum prescriptum iuris et
privilegiorum illius a Serenissimis antecessoribus
nostris super molendinum Antiquum premisliensem concesso
rum conservantes decrevimus F. vras eo non obstante
quod molendinum quoddam novum extruxerint tene
re astrictosque esse extradere et pendere Quondam Ca
therine Comorowska mensuram molendino nostro Anti
quo premisliensi secundum Antiquam consuetudinem
dari solitam qua non prius eis licitum erat in alie
nis molendinis frumenta molere nisi data eidem prius
mensura in molendino hoc ipso Antiquo premisliensi
Quare mandamus F. vras ut ex prescripto eiusdem de
creti nostri in omnibus condicionibus et articulis sese con
servent neque quicquam in contrarium faciant secus pro
gratia nostra et debito officii vestri F. vre non facturi de
tum Warschavie sabato post festum Sancti Michae
lis proximo Anno domini M D LXVI Regni vero nostri
trigesimo septimo Ad proprium sacre Regie nostre man
datum

Positio mandati ex parte Stadniczkich super vicecapitaneatum premisliensem

Actum in Castro premisliensi feria secunda post festum San
cti Luce Evangeliste proxime Anno domini 15 6 sexto
Nobilis terrestris premisliensis providus Ignatius de Konynsky una
cum nobilibus Joanne Kolakowsky et Joanne Baranowsky
secum compareret coram officio et actis prenotatis Castrensibus
premisliensibus Stans personaliter in vim relationis sue recognovit
Quia die hodierna mandatum sacre Regie nostre sub titulo
et sigillo eiusdem obsignatum et communitum alias per hoc ipsum man
datum lanus in se cavit et obloquitur ex parte Quondam Sta
nislai Marci et Nicolai Stadniczkych de Zmigrod Quondam Sta
nislai Chwalibog vicecapitaneatum premisliensem in Castro premisliensi
ad manus dedit porrexit et reliquit Que ita et non aliter
fieri ipse nobilis recognovit et nobiles prefati relatoris ipsius nobilis
attestati sunt

Protestantur Stadniczki contra Jastmanicz kie

Ministerialis terrestris premisliensis providus Ignatius de
Konynsky unacum nobilibus Joanne Kolakowski et Jo
anne Baranowsky secum compareret coram officio et actis

prenotatis Castrensibus premisliensibus Stans personaliter in vim rela
tionis sue recognovit Quia eidem nobili et dictis nobilibus
est obductum et protestatum feria sexta proxime preterita Anno
prenotato ex parte Quondam Stanislai Marci et Nicolai Sta
dniczkych in et contra Quondam Joannem et Andream Jastmanicz
kie quia ipsi subditi et cultoribus de villis Konynsky et
Paliesz receperunt violenter in via libera et publica secures decem
octo absque legitima causa et eosdem subditos verberibus affe
cerunt qui prius duxerunt ligna de silva S. Regie nostre Ra
dochon tenute vero eiusdem silve prefatorum Stadniczkych que
ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles prefati
relatoris ipsius nobilis attestati sunt

Protestatur Kula contra Kowniczky

Coram officio et actis prenotatis Castrensibus premisliensibus personaliter
constitutus nobilis Joannes Kula in et contra nobilem
Joannem Kowniczky de Kowniczye maxima in querel
la deposuit atque protestatus est quia ipse Joannes Kowni
czky anno presenti die dominico ante festum Sancti Luce pro
xime preterito in Civitate Sambor tunc dum idem Joannes
Kula ad Curiam Samborensem in certis suis negociis ad
Magnificum Joannem de Starzechowyce pallatinum podolie
necnon Samborensem et drohobiensem capitaneum venerat et tandem
ex eadem Curia ex peditis negociis suis ad hospicium suum
per plateam eiusdem Curie ibat domum suam reverti volens
extunc prefatus Joannes Kowniczky nescitur quo ipsum
et animo ductus congregatis sibi certis complicibus et
coadiutoribus in genere similibus et ceteris dissimilibus
ad hoc sibi ordinatis eodem Joanne Kula secure et quiete
ad hospicium suum et Curiam in quo domum suam reverti de
buit secure eunte nemini prius neque predicto Joanni Kowni
czky inimicitiarum de se suspicanti neque aliquam occasionem
litis illi ex se dantem nulla diffidatione neque hostilitate
inimicitie eidem ut quemque virum ordinis militaris decet
denunciata obviam sibi in precincta platee sub palla
tiis domum Civitatis predicte in ipsum primum malis verbis
deinde manu armata violenter cum predictis coadiutori
bus et complicibus suis quorum ipse nomina et cognomina me
lius scit irruit et ipsum variis vulneribus cruentis et le
vidis enormiter affecit intulitque sibi primum vulnus sectum
cruentum in palma manus sinistre Item aliud vulnus